

FESTA CONNUBIALIA;

in quibus

Vir Integritate Vitæ, ac pietate Spectatissimus

DN. STEPHANUS GMAINER;

Civis & Mercator Regiæ Civitatis Thor.

meritissimus,

Pudicissimam, ac omnibus sui Sexus Virtutibus

Florentissimam Fœminam,

ANNAM CHRISTINAM

Beati

DNI. JACOBI SONTAGII,

Mercatoris olim, & Civis integerrimi,

DERELICTAM VIDUAM,

A. O. R. M. DCCIX. die 8. Octobr.

sibi secundo omine jungebat,

Honoris, & grati animi constandi causa

amico Stylo adumbrata

Per

INFRA DENOMINATOS

THORUNII,

Impressit JOHANNES LUD. NICOLAI, NOB. SENATUS ET GYMNAS,

TYPOGRAPHUS.

Phosphorus en nitidos producit in æthere vultus
 Clarior, & læto nunciat ore Diem.
 Cum sperata diu genialis gaudia lecti
 Affulgent, frontis jam modo surgat honos,
 Illos quis superis similes nunc esse negabit,
 Queis fortuna simul, servit & ipsa Dies.
 Felices sponsi quos tam fortuna quieto
 In portu statuit, protegit atque DEUS.
 Advenit illa Dies totâ quam mente cupistis,
 Conjuncti dignas nunc celebrate faces.
 Omnis in ore pudor, Pietas in pectore, sponsam
 Exornat, quam jam Sponse venuste, capis.
 Excellæ mentis venit & spectata decore,
 Multis munditiis, culta nitere solet.
 O te felicem tali, Neonyphe, Marita,
 Quam tibi Supremum Numen ab axededit.
 Scilicet, ô thalami, per singula læta, sodales
 Ducite nunc vitam, pellite moesta procul.
 Ac ubi vernantes primæ lanuginis Anni
 Currunt, dum læti temporis hora fluit.
 Carpite delicias, fugit irrevocabile tempus
 Vicinos manes, credite, mœror habet.
 Nempe rapit, quodcunque dedit mora temporis, ævi
 Carpservis ast quiquid dixeris esse tuum.
 Per ludos, epulas, & amatae gaudia vitæ
 Vivite, nam vires perdit & arctus Amor.
 Ergò Dies Thalami vestri qui est ultimus, idem
 Sit vitæ, totus supplice mente precor.
 Ibone quo tua nunc Conjux te Sponse, vocabit
 Dissimulet quamvis, pugnat Amore tamen.
 Jam quod amas, Thalamos castos, Neo Sponse, requiris,
 Quæque prius fuerat, Sponsa negata, venit,
 Vester honos animis, animis decora alta manebunt,
 Fortunæ cumulis, vos DEUS ipse bect.
 Vivite dum pascit vestras concordia Mentem,
 Ultima vos dirimat, Pacis Amica quies.

Pauca hæc grata mente apposuit

GEORGIUS HRABECIUS, Gym. Stud.

CLara lux Solis nitidi recurrit,
Debitum Parcæ quoque tempus implere,
Plena nunc lætus, Neosponse, lauris
Brachia pande.

In loco tutè tua jam quiescit
Sors, & optati tenet ima voti,
Gemma, proh felix fluat hæc eburna
Hora diei.

Tempus in ludis benè nunc teratur,
Quando Phœbeus decor ipse solis
Fulget, & ridet facie decora
Charus Amicus,

Hinc repet Bachus, Pater hinc Lyæi
Alter, hinc lautis dapibus faceri
Excitant tristes animos, Falerna
Vina coronant,

Carpite & vos nunc animo benigna
Gaudia, o casti thalami sodales,
Nam quid in vita hæc poterit caducâ
Lætius esse.

Conjugales hinc fugiant inanes
Dii, nec hic sedem teneat superba
Juno, pro vobis vigilet minister
Angelus, Altæ

Ergo si magnus Sator ille Cœli
Protegit vos, tam genio potenti,
Conjuges quis non reputabit omni
Parte beatos.

Fausta jam cœlo meliore vobis
Hora adest, castas sociatque mentes,
Invido, hos, quisquis thalamos pudicos
Spectat ocello,

Vivite o chari, superis, & imis,
Ac bonis foetum satiate pectus,
Vos opum pleno beet, atque ditet,
Copia cornu.

Summa votorum melior meorum,
Dii domum servent, dominamque herumque
Hic dies tantus sit apex, & imum
Culmen honoris.

Boni ominis ergo hæc adjesit
Joh. Valent. Martens, Gedan.

E legt sich iht mein Blat/ so von der Treu geschwollen
 Zu deinen Füßen hin/ Hochwerth-geschätztes Paar/
 Pflicht/ Treu/ und was sich kan in diesen Zettel rollen/
 Das stellt aus Schuldigkeit sich deinem Augen dar:
 Damit/ wann andre dir ihr Hochzeits-Opffer bringen/
 Ich desto mehr diß Fest auch willig mag bestingen.
 Denn meine treue Pflicht/ damit ich Euch verbunden
 Heißt diesen schlechten Keim auff Euren Ehren-Tag/
 Ob gleich kein Bisamhie noch Umbra wird gefunden/
 Und ob wohl jeder leicht mich übertreffen mag.
 So wolt doch auch hieran mein reiner Geist sich fügen
 Darumb weil Mund und Hertz in gleicher Wage liegen.
 Der Himmel hatte Euch zwar Unmuth zugefüget
 Da Er den Trauer-Flor Euch umb den Scheitel wand
 Doch wohl! wann Euer Hertz nunmehr in Freuden sieget
 Das vor betrübniß voll in Ach und Seuffzer stand.
 Wohl! wenn der Himmel Euch durch diesen Wechsel lehret/
 Daß Euer Schmerz und Leid nicht lang noch ewig währet.
 Denn was der werthsten Braut der Höchste weggenommen/
 Das bringt Ihr dieser Tag mit reichem Seegen ein/
 Ich sehe Glück und Heyl durch ihre Schwellen kommen/
 Und wünsche solchen Stand von Gott beglückt zu seyn.
 Damit weil Tugenden mit ihr sich fest verbinden
 Er ihr zum Lohne voll' Vergnügungs Kränke winden.
 Hier schließ ich zwar den Keim/ doch nimmer mein Gemütze/
 Gott lasse meinen Wunsch also geseignet seyn/
 Damit das werthe Paar bey ihrer Lebens-Blüthe
 Ohn einzigen Verdruß erfahr des Himmels-Schein/
 Und spüre so mit Lust bey diesem Ihrem Freyen
 Fried/ Freude/ Seegen/ Glück/ und alles Wohlgedeyen.

Aus schuldiger Pflicht dem Verlobten Paar
 zu Ehren setze dieses

Elias Sartorius, Hung.

Joh. Valer. Mantius Gedruckt
 113631